

VIRTUS
DEXTERAE DOMINI
IN VIRTUTE POLONORUM
LITVANORUMQ; OSTENSA;

ATQVE

ILLUSTRISSIMO DOMINO
D. MICHAELI CASI-
MIRO PAC

PALATINO VILNENSI, SUPREMO
EXERCITUM LITVANIAE DUCI,
MERCENSI, VSZWIATENSI, VIELVNENSI, LIPNICENSI, TRY-
SCENSI &c. &c. CAPITANEO,
REGIAE OECONOMIAE MOHILOVIAE ADMINISTRATORI.

ET

ILLVSTRISSIMO AC EXCELLENTISSIMO DOMINO
D. MICHAELI CASIMI-
RO RADZIWIŁ

S. R. I. PRINCIPI, DVCI IN OLYKA ET NIESWIEZ; COMITI IN SZY;
DEOWIEC, MIR, ET KROZE, PROCANCELLARIO ET EXERCIT-
TVVM LITVANIAE CAMPIDVCTORI, PRÆMISLIENSI, LIDENSI, CŁV-
CHOVIENSI, CAMENECENSI, OSTRZENSI, NISINENSI &c. &c.
CAPITANEO.


NEC NON

TOTI EXERCITVI M. D. LITVANIAE


DICATA

A IACOBO BENNET EQVITE LITVANO, ET ACADEMICO VILNENSI.
VILNAE.

Typis Academicis, 14 Ianuarij. Anno Domini 1674.



Labor D. I. A.
Labor D. I. A.




Dextera Domini Fecit Virtutem
Pfal: 117. Ver: 16.



95343

AD ILLUSTRISSIMOS & INVICTISSIMOS EXERCITVVM M. D. LITVANIE DVCEs.

Post recentem Martij pulveris caliginem, in lucem prodit
virtus dexteræ Domini: Vt vestram virtutem in fastis
coruscantem videat, quam inter horrendos victoria acina-
ces, sole clariorem ostendit. Illustrissimi ac Invictissimi
Duces. An enim ille augustæ mentis generosus impetus, par
nomini Illustrissimo, latere in obscuro possit, quem inter primas acies
conspicuum, prius consternata barbaries sensit, quàm fastuoso advertit
oculo? An summæ fortitudinis specimen, in Ducum encomijs non effulge-
at; cui, vel in milite, prætendi umbram, palmare est facius? An Patria
non illustret dexteritatem, cui peregrina Pallas, immortale literarij lumi-
nis destinavit monumentum? An deniq; exiliis mea ad vestri Honoris
cultum non ruat observantia: quorum amplissimis favoribus Domus no-
stra subnixæ, supra suam se extulit felicitatem? fateor equidem minorem
huc adduci victoriose laudis apparatus, quàm vestra virtutis magnitudo,
ac ingentium factorum celebritas exigat: verum cum nemo alius tan-
tos vos, pro dignitate effinxisset; quanti Martialis gloriæ commendatio-
nem sustinueritis: obsequio imputandum erit; quòd malui magnis virtu-
tum fulgoribus, tenuem elocutionis nitorem substernere; quàm silentij te-
nebras obducere; quibus gratitudinis debita supprimeretur claritas. Ibis
profectò, summi rerum Polonia Atlantes, in ipsa æternitatis adyta, gla-
dijs calamisque, contra vicissitudinem præmuniti, & quocunq; se se
Paciani Radivilianiq; nominis convertet fama; tot Ducalis clava
sparget ornamenta; quot vel in Iago, Achilleæ fortitudinis exempla; vel
in toga communis boni studia exhibuistis: Vt singula indefessi laboris
contentiones, quæ præterita ætatis imitationem, præsentis occuparunt ad-
mirationem, in oculis Secutura, compareant singulares. Atq; ne con-
fusione utriusq; virtutum, rerum gestarum magnificentiam, de peculiari
laudum statu, deicere videar; à generali cultu revocatam intentionem,
tuis primum acclino plantis, Dux & Ducum Gloria Michaël
Casimire Pac Palatine Vilsnensis: Verè te Candidum & Rubi-
cundum compellabo Ducem, quia nativum Liliorum candorem, tam
pulchrè inimicorum tinxisti Cruore, ut discolor purpura, fortem te, &





innocentem, hostiū & injuriarum victorem appositè designet. Reposuisti in tuto nominis tui immortalitatem, quando primus in fauces mortium ruebas, ut Martiam militi prariperes laurum, qui occupasti fortitudinem. Non deterius vallis, quam cāpo vsus, ostendisti Ducum virtutem, non locorū fortūā, bella de cernere & perficere: Addidisti proinde difficultate vincēdi, laudē victoriae, et asperitate rupium ac munimētorum superatā, Jecuram à metu perfidiā periculis obiecisti: Vt disceret, tutam ibi esse non posse: ubi trophaeum tua fortitudinis locari debet. At Aquila Tua, Illustrissime & Excellentissime Princeps Radivile, quanta contra praesens discrimen Iovi Polono porrexit fulmina, tutius è longinquo, sub victrice lauru admirari, quam imbecillitate ingenij cōinus intueri possū. Raperit Janē Ales quondā pileos Tarquinij, nunc acriori impetu, capita fœdifragis decussit Ducibus: sive ut ex prada nobili regiam animosam indolis commēdaret fortitudinem; sive sublatis perfidiā antesignanis, in ipsa origine perfidiā opprimeret. Quodcumq; sit tanta magnanimitatis fundamentū; certè ex Hydra illa Africana non poterat recisus pullulare vertex, qui ad contagem Republica suscitatus, sacrilego furore; successum victoriae inhiberet. O veram Herculeae mentis magnitudinem! o invincibilem utriusq; Ducis animum! vobis hac Tyros, strenuissimi Herodēs, ad Tyram Podolia excisa, jure praecipuo tumulos in monumenta erexit. In vobis vestroq; exercitu, Alexandros, Hephaestiones, Crateros, Parmeniones, & Philotas, exspirando sensit. Vobis vestrisq; auspicijs non invita adscribit, quod licet suum, sub noto Hussenyj nomine Herculem, fama ad victorias, Mars ad terrorem, fictitio quodam alligavit vinculo; vsq; ad eò tamen fatalem rupistis nexum, ut compedem libertati nostrae captivanda destinata, in pedem Othomanicum inijceretis. Digni propterea, ut non solum communis fama inslentur Classica, verum suas classes, ad perpetuam triumphalis gloria recordationem erudita subornet Pallas. Ego verò in simur vestrarum Celstudinum cliens, praludij Epinictorum manu admota, illud ingenuè confiteor, non eum ardorem praesentes afflare paginas, quem in campo Martio vester vultus anhelabat. Dabitis tamē audacia veniam, inopiā laudationis in communem Heroū amplitudinē reiectā, laudari eos posse, dignè & jatis, nunquam posse.

ILLVSTRISSIMARVM CELSTVDINVM VESTRARVM
OBSEQUIIS ADDICTISSIMVS
IACOBVS BENNET ACADEMICVS VILNENSIS.


ARGVMENTVM OPERIS


Puribus exhausta bellis, & Civium discerpta similitate
Polonia, rebellioni Kozakorum, peiora tentandi ansam dede-
rat. Hac enim excusso servitutis Christianæ iugo, Turcia
iugum sponte suscepit, ut nostram libertatem Othomanicâ
captivaret subiectione. Occasionem belli barbarus arripuit, &
nil minus quam arma sperante Patriâ, validissimis copiis inundavit
Podoliam, ademit Camenecum, oppida & vicos vastavit, infame in-
super vœtigal, consternatis ad improvium furorem, fastuosâ mente impo-
nere voluit. In tam ad verla sortis alea, quantas potuit vires animumq; colli-
git Resp: & tot ducibus perfidiosis (quos recepto nomine, Bassas nuncupare
placuit) Duo fulmina belli, IOANNEM SOBIESKI & MICHAËLEM
CASIMIRVM Pac, strenuos utriusq; Gentis Exercituum Ductores opposuit.
Hi superatis cali, viarumq; incommodis, autumnales inter aura servi-
entis rigores, hinc vallo fossisq; cinctum hostem, inde Tyra vorticibus
munitum, aciem belli detrectantem, generosè per ipsa rupium prærup-
tarum, & vallorum munimenta adorti, fatali internecone deleverunt;
& omnem Hussyniâ gloriam, quam plurimum annorum laboribus quæsi-
tam, Candia expugnatione nobilitavit, fadifrago sanguine extinxerunt.

Vicimus invidias acies, Thracemq; tot annis
Inferum Europæ: sensit perterrita cuius
Candia virtutem, molimina spumeus Ister
Obstupuit, Patriiq; Lates timuere furorem.
Felix Iô tuâ, deprome Polonia, voce,
Atq; hilares adiunge modos, iuvat aurea vultu
Gaudia testari, gratumq; resumere plausum.
Musa fave Vatum studiis, neq; conscia magis
Barbita consilij, dignis exclude triumphis.
I celer ad Martis titulos, & prodiga laudum
Stringe pares eni calamos; pungantur atroces

A

Bisto







Bistonidæ rursus; feriat sine sanguine Pallas
Castra stylo. si facta semel mucrone Gelonis,
Posse Tyram cædes, toties velit illa ferire,
Æterno quoties constabunt codice belli
Puncta, legerq; pigro non præceptis ore vetustas:
Huc oculos mentesq; move, cui maximus hostis
Est odio, fidei, iurata nec agmina diri
Machænetis placuisse queunt. Spectacula vultu
Christi adûm condigna dabant, prope valla cruentam
Chocimi speciem: pascentur lumina, gentis
Fædistragæ pænâ: Tantummodo mitte morarum
Tædia, nec differ pugnam recludere, Musa.

Invida sors, Lechicum magis exhauserat orbem
Cladibus: & Nemese Saturnia pellere sæcla
Ex regno placuit, nec ferre diutius auram
Aurea Sarmatici passa est discriminis ætas:
Prodidit abscessum rigidi truculentior æui
Abiq; mora facies: ferro subversa venustas
Squalebat: cinerale dabant pessundata bustum
Mænia: non opibus priscam contexere pompam
Libertas potuit: latè dispersit atrocem
Hostis barbariem: vicisq; ubiq; ruina
Illapsæ, rabidi vestigia magna furoris
Deformi tenuere sinu: Romana gerebat
Qualem maiestas odio vexata ruentis
In civem Senonis; quando fortuna benignum
Abscondit vultum, nec divite Copia cornu
Fundebat census; solum Tarpeius in arce
Immunis damni Capitolia tuta fovebat.
Hæc minus vigerent, si non Discordia demens
Internis cives odijs, & dispare sensu
Scinderet in varios, Patriâ lugente, tumultus.
Pharsaliam timuere Lares; sors atra Philippos
Monstrabat trepidæ, mæsto cum funere, menti,
Non tulit augustum Patriæ labentis, Enyo
Turcica, supremo defungi vulnere corpus.
Se Stygijs igitur præceptis evoluit ab vndis,
Tænarijs accincta dolis: stat lumina flammâ,
Præcipitat mentem rabies, furor ausa ministrat,

Fax stimulat fibras, facies torquata colubris,
 Stridula vibratis effundit sibila linguis.
 Eumenides comitantur heram, Ditisq; sorores
 Gorgones, Harpyiaq; & forma tricorporis vmbrae,
 Nec mora: pernici reliquos transgressa volatu
 Anfractus Rhodopæa subit fastigia lunæ
 Bistonidum factura fidem; de lege protervi
 Machmetis recolit qualem Tanaitica turba
 Ut simul accessit, dictâ acceptâqve salute,
 Orditur tali feralem carmine textum.
 O Dea Paagæi, nunc est tua sidera, tempus
 Sarmaticis inferre polis; Phætoantia quando
 Pænè luit tragico Titaa discrimine damna.
 Discordes turbantur equis; quæis hæcenus usa
 Libertas, amplum subvexit in æthera nomen.
 Arma silent, exhausta nequit tractare crumena
 Bellorum curas; enses & tela quiescunt;
 Vel Patriæ impendent iugulo; satis intus & extra
 Fatorum, nec ferre potest spes vlla salutem.
 Quare age vulnifico prædam concede mucroni,
 Et populos petcelle tuo terrore: feratur
 Talio, pro cunctis, iusto cum fænore, bellis.
 Est nunquam peritura Lechi fortuna, perire
 Si modò non poterit; nec subdet colla catenis
 Threiciis unquam, si nuac secura Geloni
 Libertas evadet onus pompamqve triumphis.
 Dixerat: illa novo confestim tincta rubore
 Sanguineam monstrat faciem: tum cornibus acris
 Dat nutum Turcæ: Vezyrum protinus virget
 Tisiphone, Martisque fames. Glomerantur ad arma.
 Terribiles turmæ, resonant clangore tubarum
 Hæmoniæ rupes, passim completur atroci
 Milite planities: præsens quâ buccina signum
 Ingemiat: turbo peditum, clypeataqve rotis
 Agmina densantur cuneis: Velut horrida nimbis
 Tempestas super arva ruit, cum Caurus aahelis
 Impellit rabiem flabris; miscentur opacæ
 Cum pluviis nubes, noctem tamen igneus æther
 Fulmine distinguit; campi celantur ab undis.
 Sarmatis ora timet! Cives trepidate capacis






Podoliæ! decumana venit caligo sub oras
Hæc vestras, raptura oculis cælumque diemque
Dispergêrque neces, & flumina densa cruoris
Leuiferis miscebit aquis, sædâque ruinâ
Isinatio iunctus Boreæ lymphatior Eurus
Frugiferos involuet agros, arcesq; superbas.
Quid loquor, & rebus præsentia iungo futuris?
Cedis, Turcarum, regio pulcherrima; sceptris
In spodium; cessistis opes; vastata doletis
Oppida iacturam; luges expulsa paternis
Religio Laribus; Cameneia saxa Getarum
Fertis onus; fervile gravat sub carceris antro
Nobilium decreta iugum; stat ferrea legis
Barbaries; taciturna suos non audet honores
Libertas monstrare, iacent diplomata Regum.
At tu grande lytrum persolve Leopoldis, igni
Subductura domos; præstat disperdere censum
Quàm turpi ditione premi, Turcæq; furentis
Imperio, Divûm leges addicere sacras.
Desiit heu nondum rigido fortuna Tyranno
Successum donare, favet non debita fati
Alea: spe tumidus Lechiæ vectigal avaro
Pectore præscribit; cupiat nî sponte perire,
Se pretio precibusq; caput, victoris ad arma
Infelix redimat. Quanti gemituq; dolorq;
Tunc patrio fremuere sinu, cùm fama per orbem,
Vivere Threicio caneret sub jure Polonos;
Non aquas audi Cælum, vocesq; minasqve.
Et Nemesim submitte tuam: sint fulmina nostro
Pro censu nummisq;, polo: cute damna rependat
Aere quod ambivit solvi malefana caterva.
Interrea magnum sol circum volvitur annum;
Et tumido Vezyrus opes aurumq; reposcit,
Eestu: Bellum, inquit, redimas, vitamq; Polone;
Vel dirum iugulo conterritus excipe telum.
Audiit: & furis, iusto perculsa dolore
Patria fert furias: Dabimus tibi, Turcia, (fatur)
Pro iugulo fervile iugum; pretiumq;, quod ipsa
Inter Cimmericas exporrigit Atropos umbras.
Nam prius eripies hæc per præcordia vitam,


Quàm

Quàm poteris turpi, vitæ solatia fatnam,
 Infamare lucro: nec victrix Terra subibit
 Tam fatnam labem. Vix hæc: festina virile
 Corripuit ferrum; ferrum strinxere manipli
 Sarmatiæ; procedit Eques; conspirat ad arma
 Bellica progenies; vastis funduntur acervis
 Audaces populi turmæ; pilatæque plenis
 Agmina se glomerant portis: Ceu sedibus imis
 Vnâ Eurufq; Notufq; ruunt, creberq; procellis
 Afficus, & magnos volvunt ad littora fluctus.
 Auxit opus belli, Mavors Litvanus: amore
 Qui Patriæ succensus, agi cum Thracia minacâ
 Advertit rabie, lucrisq; inhiare nefandis:
 Arma manu gladioq; rapit, plenuq; furore
 Ardenti, talem fundit de pectore vocem:
 Et potes insultum moliri Turcica pestis
 Sarmatiæ, patriamq; tuis impune tributis
 Ludere, vindictam penitus trepidare nec ullam
 Fæderibus ruptis? Testor per fata, per omnem
 Astrorum Nemesim; non hæc incendia belli
 Extinguam, donec vestrum libabo cruorem.
 Vix ea: cum subito fertur LITVANA potestas
 Intrepidique; Duces animis & viribus æquis
 Educunt aciem; procul ardua vertice flagrat
 Cælis, inerrantemq; suo Titana colore
 Lædit, & oppositis alium mentitur in armis.
 Fluctuat omnis ager, latè splendentia pulsu
 Scuta sonant; planis crebrescit aenea campis
 Sylva; ruunt cupido mentes ad prælia sensu;
 Et licet immitis Boreas obstaret acerbis
 Ausibus, & pluvio premeret vesanior Euro
 Autumnus cælumq; viros: tamen ardet in armis
 LITVANVS; secumq; trahit Gediminia vota.
 Vidisses vitnam, MICHAËL fortissime Regum;
 Olgerdi rediviva tui conamina, quantus
 Litvanæ feruebat amor, quantusq; ruendi
 Spiritus in Turcam fibras pervaserat imas!
 Heu dolor! Heu lachrymæ! prohibent contagia morbi
 Fatalis speciem: nec te spectacula Martis
 Præsentem retinere queunt: sublimis in astra

B

Ferris








Ferris; ut è specula possis meliore phalanges
Cernere, submittaq; aaimum, palmamq; labori
Sarmatico, victorq; tuæ diademata fronti
Laurea suppedites, lauro fruiturus in ævum.
Post sinuosa Tyræ fuerat cum flore Gradiui
Flumina Bistonidum princeps, quem Candia sensit
Expugnata virum, vallis munitus & vadis,
Et Cereis dives spolio, cultuq; superbo,
Hic ridere minas, hic vanum ludere præcept
Ausus erat Martem, nullo conterritus ausu:
Nam sibi promisit temerè Iagelonica scepra,
Et fasces Regni, Libertatèmqve fugare:
Huic gladiis omen primum factura propago
Clara Lechi sociat studium, virèsqve peramplàs
Litvano, mortèmqve manu cadèmqve vovere
Festinat: cupidam belli, non damna, nec imber
Nec vada, nec rapidum spumoso vortice flumen,
Nec cæli, terræqve movent sine sine rigores.
Et ne Baszám alium, sacro de nomine, Капіан,
Cætera funestum, funestus iungeret Hussèyn
Thracibus: vnito pugnam Martèmqve potentes,
Littavus, & Lechicus miles, determinat ausu.
Invitant igitur vallo fossisqve recinctum
Ad campos hostem, signum dant classica belli:
Horret ager, stat ferri acies mucrone corusco
Stricta, parata neci, damnat diuturna morarum
Tædia Mars calidus, noctèsqve dièsqve sub acri
Fert Iove sævitiam, madidqve incommoda cæli.
Turcica tum furias cæpit deponere Luna,
Et buxo similis faciem pallore gravatam
Tristior obnubit, multo cum sanguine Thracum
Exundare Tyræ, timidæ prælagia menti
Subdiderant, dubiæqve oculis stetit alea sortis.
Ergo fides longo munitis aggere tectis
Est data: stat fixum, solâ statione repulsam
Sarmaticis offerre viris. Abscondita virtus
Tutior affulssit: tantum pro ludia Martis
Exiguus tractabat eqves, fusòqve Gelonò
Prælusit cladi vindex Bellona futuræ.
Advertunt dubiæ ventura pericula sortis

Moldaviæ Proceres, quos tunc fortuna locavit
 Extra Turcarum munimina; Protinus ergo
 Instructam dedunt aciem, castrisque repeatè
 Egressi, damnant Thracem, tum colle potitur
 Nostra phalanx, hostemque suis sine laceffit
 Tormentis: volitant passim cum murmure raucò
 Fulmina, crebescunt ignes, circumflua vexat
 Vndique sollicitos clades; nostratibus ampla
 Spes favet auxilijs; palmam victoria spondet.
 Tempus erat, quo mens gratum sacrabat honorem
 Pontifici Turonis: eum venerata Gradivi
 Progenies deposcit opem, ne milite miles
 Christiâdum careat. Posthæc lassata labore
 Prolixo, vitâ superis, Patriæque dicatâ,
 Auspicio nūquæ Ducum vehementer in hostem
 Fertur, & audaci frangit terrore rebelles.
 Fit via vi, rumpunt aditum, primosque trucidant
 Illapsi; fodiuntque suo mucrone medullas.
 Non sic aggeribus ruptis, violentior amais
 Evolat, adversamque trahens cum gurgite molem
 Lavadit frugem Cereris, camposque per omnes
 Cum stabulis armenta trahit, comitatur ubique
 Magna gradum labes, & digna stupore ruina.
 Nec sic Arctois Aquilo densatus ab oris
 AEoliâ de sede ruit, fatale daturus
 Exitium; strident sylvæ saxitque tridenti
 Spumeus, atque imò Nereus ciet æquora Ponto:
 Nec mora, nec requies, rumpuntur nescia vinci
 Corpora Bistonidum, totis in vulnera præceps
 Viribus hostis abit, resonant clamore recessus;
 Sanguine terrâ madet, latos huic hasta per armos
 Acta tremit, duplicatque gravem transfixa dolorem;
 Hic caput & galeam violento cominus ense
 Perdidit; hunc texit telorum ferrea moles;
 Illum calcat equus; pugnam in flumina prædo
 Alter jit; tepidum frustra de vulnere contum
 Ille rapit, vertex illi pectusque fatiscit,
 Perque cavas nares, auresque oculosque cætebrum
 Molle fluit, fistoque alius fatalior osse,
 Fronte quatit terram, & crassum vomit ore cruorem.

Bz

Instat





Instat ubiqve Getis vltrix Bellona, locumqve
 Corporibus sternit, Lechiæ structura perennæ
 In tumulo nomen, magniqve trophæa laboris.
 Funeribus repleta suis iam pænè stativa
 Squalebant, subitûsqve timor terrebat inertes
 Ductores: igitur collectâ parte suorum
 Quâ data porta ruunt; pedibus timor addidit alas;
 Et rumpunt acies: cladem tamen vndiqve strictis
 Ensisbus urget Eques. circumfunduntur ab armis;
 Ignarûsqve loci passim, & formidine captos
 Seu gladius, seu telâ necant, seu culmine summo
 Petrarum lapsos insania mittit in vnam.
 Scilicet vna salus nullam sperare salutem
 Turbatis fuerat. Gaudet Libitina vigere
 Thermopilas propè Valla Tyræ, Cannasqve sereno
 Commemorat vultu. Facilem miratur Eriays
 Pugnandi seriem: nam vix Hyperionis horam
 Orbita decurrit geminam; Victoria totum
 Fecit opus belli, clivûsqve cadavere stravit.
 Et ne Religio caperet postrema trophæa;
 Turcica sunt, Superis, inter tentoria, laudes

A. Ioânes Sobie-
 ski Marschalcus
 & Magnus Dux
 Exercituum Polo-
 niæ.

A. Oblata: cessitqve fides Othomana Vallo:
 Hic mihi metrorum præcidis fila; Polonæ
 Gloria Virtutis, de primo lumine Patrum;
 Grandè Iubar; dum castra pedes Vallumque Sobieski
 Oppugnâs: Rarum Proavus superesse nepotem
 Zolkiewski terris stupuit, largumqve cruorem
 Turcarum, fideiqve sacræ, cæloqve litavit.

B. Demetrius
 Wisniowiecki Pa-
 latinus Betzen-
 sis, Campi Dux
 exercituum Po-
 loniæ.

B. Paranimis Wisniowieciæ Præstantia gentis
 Demetri certamen inis, dum pectore firmo
 Ex latèbris profugos invadis; & obvia tela
 Fundis, & ingenti protensa cadaverè præta
 Obruis; & lauro Korybuttiâ signa coronas;
 Evolvunt rigidas iam nunc ex fascè secures

C. Opalinski
 Palatinus Kalisi-
 ensis.

C. Magna Palatini Patriæ pars, quæis metit ardor
 Colla Getis, vitamqve rapit: Kalisia cerne
 Ex Opalo qui nomen habet; quam firmat ævitam

D. Felix Potocki
 Palatinus Sier-
 radiensis.

D. Egregiè famam? quantûsqve coruscat ia armis
 Sieradiæ Felix Potocki, congrua sortis
 Munera dat, rebûsqve simul sua nomina signat,

Aidu

Arduus in bello, primòque sub omne Martis.

E. Nec minor ANDREÆ: Virtus, Cijovia cujus
Suspexit genium, quando congressus, aperta
Prælia tentabat: tunc est audita dolere,
Quod nequeat tanto supplex parere Dynastæ.

F. Hæctora LESZCZYNSKI formas, antecambulo turmæ
Hastatæ, magnùmque chaos, magnàmque ruinam
Inferis sædifragæ bellax Athleta cohorti.

G. Et quem Roxa colit pergrato munere mentis
Terra Palatinum, pulchros pro Laude triumphos
Victor habet, titulisq; novos apponit honores.

H. SIENIAWSKI succede metro, quem Patria Regni
Ornat Vexillo, te dum reperire Camæna
Exoptat; Summos inter pugnare tumultus
Prospicit, & gnavo statuit monumenta calori.

I. Sanguine CZARNIECKI complex prænobile campi,
Officium, calamiq; vicem mucrone rubente
Exequeris Patriq;ve flagras insistere plantis.

K. ŁVZECKI, Dönhöfque ruunt ubi tristis Enyo
Mortibus ora replet. LVBOMIRSKI signa salutis
Quæ gerit in gremio, monstrat simul esse præaltæ

Symbola virtutis. L. MORSZTYN, quem Chelmia nouit
Transfixus, profugam vindex maiore duello
Sustinuit vitam. E. SILNICKI, Tuq; ZAMOYSKI

M. Et GRZYMVĚTOVIO Wyzycki iuncte dicatis
Nomina sideribus, testabitur inclyta sæclis
Posteritas facinus, non uno carmine Phæbi,

Mortibus atratis misces tua funera, Regni
Venator, captusq;ve feræ sub dente ruentis
Occumbis, palmam celsi meriturus olympi.

Pisarski, MOTOWIDŁO caduat comitatur utrumq;ve
Bidzinski: paribus fatis occumbit & acer
Rzeczycki, cum Iarocki, gratissima Martis

Pignora, nec Clotho Nowowleyski turbida parcit.
Vos tamen o Lechiæ clarissima sidera, musæ
Parcite, si parcè calamo vestigia pressit;

Quod silvit, grato mentis candore notavit,
Inscribètque metris condignum vivere nomen.

Littava quisquis honor referet monumenta, repòstam
His pariter cernet famam superesse Polonam.

C

Et

E. Andreas Po-
rocki Palatinus
Kijouienfis.

F. Vécslaus Le-
szczynski Palati-
nus Podlachia.

G. Jablonowski
Palatinus Russia

H. Nicolaus
Sieniawski Vexil-
lifer Polonia.


I. Czarniecki
Notarius Campe-
stris Exercituum
Polonia.


K. Łuzecki Ca-
stellanus Podla-
chia.

L. Stanislaus
Morsztyn subdapi-
fer Chelmenfis.

Ł. Silnicki Ca-
stellanus Czerni-
hoviensis.

M. Grzymułow-
ski Castellanus
Polsania.





Et quos communis sociat concordia legum;
 His commune dabit virtus victura tributum.
 Hæc Helicon Litvanus amat submittere; cælum
 Vota probet, vestraq; ferat suffragia laudi.
 Fers æquo tantum fructo. Litvaia, cultum
 O mihi præ reliquis Regio notissima. Tellus
 Marte potens, excelsa viris, Heroibus ampla,
 Magnorum facunda Parens Procerumque Ducumque,
 Imperij columen, Paræssi gloria, nutritrix
 Virtutum, Themidisque sacrae cultissima Mater.
 Fors errasse minus potui cum ferre Polonis
 Primatum cuperem; nam te voluisse clienti
 Constabat Phæbo, magnis ne sueta deessent
 Hospitibus documenta tui, ritusque favoris.
 Sunt illis primi accubitus, & primus in aula
 Restat ubiq; locus, pariter procedere Musa
 Debuit & legi proprium substernere sensum.
 Iam redit officium, fontes referantur, & vber
 Vena fluit, calidaq; siti mavortis opimos
 Dat latices; gustet fervor dispetica corde
 Pulsurus; Iucunda tamen prædico fluenta
 Defore; cum tot alit Patriæ Gediminea virtus
 Herodes, tantumque decus, cui rata Thalia
 Flumina sufficiant! surrecto Castalis vnda
 Impete sistit onus, timido torrente datura
 Obsequium, tenuemque pudet decurrere venam,
 Non desunt Fabij, cernuntur Numina magna
 Roboris Alcida, Dentatus? Scaevola, Theseus,
 Manlius, atq; novæ domitor sine fraude Medusæ
 Litvanâ nascuntur humo. Si Livor iniqua
 Invidus ora premit, supplet dispendia vindex
 Fama virum digitoq; polis & codice monstrat.
 Sed iam tempus erit belli narrare choreas,
 Quæ Thracum pressere fibras, ludente Gradivo
 Sarmatiæ, cum sanguineos effuderat Hufzeyn
 Infamis latices. Te iam modulamina vocum
 N. DVX MICHAEL, celebrant, Tu pius in orsa Camænæ
 Acceleras; Ignosce, parem si non det honorem;
 Ecquis enim possit vires & fortia bello
 Pectora, condigno populis monstrare labore?

N. Michael Ca-
 simirus Pac Pala-
 einus Vilnēsis su-
 premus Dux E-
 xercitū Litva-
 niæ.


Gran-

Grandis *Alexandri*, Tyrijs sob mœnibus olim
 Gloria visa fuit, cùm scanderet obvia telis
 Culmina. nec positis Martem regalibus armis
 Vrgeret constans, & solus fulmina belli
 Excipiens premeret recordem cominus hostem.
 At Tua Dexteritas maior, CASIMIRE, refulget;
 Quando sub ipsa ruis vehemens incendia, Teq;
 Iam peditem pediti, turmæ iam ivngis equestri,
 Vectus eqvo faucesq; ferè discriminis intras
 Integer, & stricto funestus acinace Turcis
 Semineces sternis turbas, aut agmina telis
 Proteris, aut raptas fugientibus ingeris hastas,
 Qualis vbi ad terras abrupto sidere nimbus
 It mare per medium. Miseris heu præscia longè
 Horrescunt corda agricolis, dabit ille ruinam
 Arboribus, cladèmq; satis, ruet omnia latè;
 Talis in adversos validum, CASIMIRE, Gelonos
 Agmen agis. Spargit diram rapida vngula mortem
 Cornipedis, Turcàmque simul protendit arenâ.
 Plecte Dryas capiti vallaria ferta, sub umbra
 Florescat MICHAEL, castrensis & ausa duelli
 Æternos referat nunquam moriturus in annos.
 Si tamen auratam, *Victoria*, ferre coronam
 Anticipas; submitto meam; sint aurea magnæ
 Præmia virtuti? Reges & LILIA florum
 Illustri scandant Capitolia celsa sub auro.
 Quis verò radiat, mitrà speciosus avitâ,
 Augusta de stirpe Ducum. quem Purpura felix
 Principe consignat venerandam sanguine prolem.
 OD. TURADIVILE subis; Tu proximus ardua famæ
 Culmina conscendis, stratòque cadavere plantam
 Succollas. Assurgit adhuc mucrone rubente
 Ille tuus, quo Basza caput disperdidit, ensis.
 Parce, David, si tela tuò nostratia telo
 Æquiparem; nam dum Goliath prostratis ad amnem
 Podoliæ, MICHAEL. Solymæis æmula metris
 Sion nostra tuum referet sub sidera plausu
 Æterno gladium, signumque perennibus odis,
 Quod manui Geticæ, dextra meliore capestis.
 Gloria puniceis subuecta iugalibus, oibi,

Cz

Expan-

O. Dux Michael
 Radivilus, Pro-
 cancellarius, &
 Cæpidux Exer-
 cituû Litvania.





P. Marrianus O. ginski Palatinus Trocensis.

Expandet tantum facinus vetitura perire.
 P. Dar Ducibus similem *Trocensis* ad omina Vatum,
 Terra *Palatinum*, cuius fulgere cohortem.
 Hastatam, peditemque stupet nimbosus Orion.
 Ille parum luxisse probat, ni Bistonas umbo
 Perstringat, quæratque viam per viscera coato
 Dexteritas, votis sat *Oginski*, Bellica pubes,
 Præstat, cum lateri propior decurrit arenâ,
 Et Tecum sublatum altè constringit in ensem,
 Ac medias ferro gemina inter tempora frontes
 Dividit, immanisque secet molimine malas.
 Fit sonus, ingenti quassatur pondere Tellus,
 Collapsos artus atque arma cruenta cerebris
 Affigunt sabulo cæsi, tumultumque repossunt.
 Ecce præit celeri reliquos per inane volatu
 Grande *SAPIEHARVM* pignus nativa sagitta:
 Illam non Abaris circumtulit inter aceruos
 Plebis Hyperboreæ communis fabula vulgi,
 Sed patriæ Virtutis amor, quo freta Potestas
 Imperji, nunquam timuit Tanaitica castra.
 Subijce iam quoties, Hufzeyn, fatalis arundo
 Hæc tibi constiterat, cum vel Ducitoris ab vlna
 Iacta fuit, vel lecta cohors mercede *SAPIEHÆ*
 Sævijt in iugulum fossas & valla, feroci
 Prætervecta gradu, pennas imitata sagittæ.
 Cede locum, descende polis, exile fruentis
 Alcida telum; ponunt sua tela *SAPIEHÆ*,
 Pulchra Trias fratrum, Lechiæ, nostræque columna
 Telluris, Q. Primum Russæ Polocia gentis
 Prædicat, & sortem multos exoptat in annos.
 R. At *Benedicite*, tuæ Regalis Curia gazæ
 Dat pretium, famæque decus, victricia cujus
 Suspexit vexilla, memor Virtutis auitæ.
 S. Te *FRANCISCE* notat forti cervice cicatrix
 Accepta, & cupidum belli commendat honori,
 Annalésque rogat, ne tantæ robora Dextræ
 Desint magnanimos inter descripta strategos.
 Quantus Io fulges, & magnis æmulus astris
 Accendis solem generis, generosa Propago

Q. Ioannes Casimirus Sapieha Palatinus Polocensis.

R. Benedictus Sapieha Thesaurarius Curia.

S. Franciscus Sapieha Præfectus stabuli M. D. L.


T. Stirpis OGINSKIADVM, magnorum magne IOANES
 Successor Patrum, sublimis adorea cultum
 Dat cui *Mscislavia*, tibi se de vertice Cynthi
 Aonidum iurata phalanx demittit, & undis
 Pegaseis radios erinales lotus, eburna
 Plectra ciet, querulamque movet citharamque chelymque
 Gloria Parnassi Titan; spectamus amorem
 In Patriam, spectamus opes ad fenora Regni
 Effusas. Nec enim solus castrense tulisti
 Subsidium, geminos placuit donare periclo
 Spem generis natos, vidit vexilla tuamque
 Ipse Tyras aciem, quando ferale maligni,
 Praesidium Turcae, contempta morte metuque
 Irruit, & memori dignum Positura laborem
 Avo, Lethaeas hostem damnavit ad Umbras:
 Proxima iam tollit fastigia scipio noster
 Contingitque lyram. Radium puto Memnonis esse
 Qui dum Dædalum clausae testudinis arcam,
 Post reditum Phæbi tangit, super aëra celsae
 Emanant Voces, resono modulamina vocem
 Dant cantu, reducemque pijs arcana nitorem
 Vis citharæ placat numeris. Non impare gaudet
 V. Sors tua prodigio POLVBINSKI strenue rerum
 Arbitr, & Patriæ columen, fidusque coruscum.
 Muneris illa tui sublimis Virga canoram
 Vix palpat buxum, cunctis effusa theatris
 Vox sonat, & iunctum magnis Heroa Dynastis
 Cocelebrat, palmamque refert sub sidera curam,
 Ipsa stupet studium belli Cynosura, tuamque
 Laudat Avem donasse Iovi præclara Polono
 Fulmina, nec meritis unquam caruisse Gradivi:
 Sedulus id miles perhibet; quæ roborâ regno
 Rebus is afflictis offers, & quantus amore
 Ardescis Patriæ. *Stancel* pro mille loquetur.
 Hic ubi deerevit sub aperta pericula mentem
 Mittere, perumpit pugnam in Valla. ferumque
 Aggreditur Turcam, moles non ulla furori.
 Obstir, armatae sævit violentia dextræ
 Effringitque obices, mortes glomerantur ubique
 Audacemque perunt, trepido non pectore tela

D

Exci-



T. Ioanes Oginski
 Palatinus
 Mscislaviensis.

V. Alexander
 Polubinski Ar-
 chimagistratus
 M. D. Litvanie



95343





Excipit, & fessus pulchro succumbit in actu.
 O felix aditus? felix incurſio Valli!
 Crede mihi nunquam conſiſtere celiſior orbi
 Viſus eras, maſſiſque tibi ſupponere culmen.
 Monſtret *Alexandri* pariter præconia laudum
Gluſzynki, non parua tulit molimina cuius
 Fama Polo, tabulisq; Virrum deſcripſit in altis.
 Hic ille eſt: cui non poterat fortuna nocere,
 In medijs flammæ cumulis, nec grando repreſſit
 Telorum inſtantem, magnis cum paſſibus amplum
 Eſt emenſus iter. Teſtes ardoris utraq;
 Sunt acies, celebratq; Ducum cenſura laborem.

Chriſtophorus
 Pác Cancellarius
 M. D. Litvania

CHRISTOPHORVS Pacio præfert oleasq; rogamq;
 Nomine, ſed magnæ lauros conſtantia mentis
 Exigit, & martis pariterq; capacior artis
 Spiritus, anguſtæ depoſcit ſymbola laudis.
 Annulus caſiferos Pompey ferre leones
 Dicitur, & populos quondam terrore ſigilli
 Affeciſſe Tuo potiùs ſervire, Dynaſta,
 Condalio poterit tanto cum munere virtus.
 Quippe tot in ſigno Litvania viſa Leones,
 Mittere de propria Turcis regione fugandis.
 Quot tua cura, Pater Patriæ, Lumenq; Senatus
 Litvani dederat præſtantia pectora bello,
 Pugnaceſq; Viros: quorum cum munia ſido
 Geſta animo Mavors ſtupuit, benè grata dicavit.
 AÆternos fidei Paciæ Bellona coloſſos.
 Et quoties revocabit opus fortuna cohortis
 CHRISTOPHORI, ſtragemq; Virum ſub fulmine primo
 Turcarum, toties vitam ſub mortibus ipſis
 Fama feret, ſemperq; tuum renovabit honorem.

Michæl. Kryſz-
 pin Notarius
 Camp. M. D.
 Litvania

Conſignat mortis decreta NOTARIVS atræ
 Campeſtris KRYSZPIN. De ſanguine ſepia Thracum
 Formatur, calamiq; vices Heroicus enſis
 Eximiè præſtat: rutilus ſuper arva Character
 Sanguineis undat ſignis: ſeu quando cohortes
 Ejus amant inſtare Getis, ſeu quando ſub ièctum
 Ipſe volat, curſu famam capturus eodem.
 Sors cadit in meritis Matthiæ metrica laudes
 GOSIEVII, cujus Patrio ſatis ampla favori

Indo-

Indole se Virtus, juvenili semper ab ore
 prodebat, maiorq; sui crescebat in orbe.
 Non aliam præfens reperit cum Thrace tumultus:
 Nam primos comitata viros, discrimina forri
 Fert animo, victrixq; datis in Tanarâ turmis,
 Evoluit geminas victricia signa per Arctos.

At tibi, quæ vigiles curæ, quæ conscia fausti
 Mens operis, DOLSKI, gaudet; nec pressa laborum
 Pondere lægvescit, socio sed iuncta favore,
 Audet in hostilem convertere prælia gentem.
 Nec sine fruge calet feruor, flammæq; perampli
 Pectoris erumpunt, rapido comitante fragore,
 Odrysiæ pereunt animæ, volvantur ad ima
 Tartara prædones, nec ferre Ianissarus æqua
 Bellantis vexilla potest; incendia latè
 Ignitæ gliscunt mentis; Rhodopèiâ grandes
 Obstupuit Beltona faces, bustumqve iacenti
 Dat famulo, melius fervefcit DOLSCIA virtus;

Indormire tuus nescit, mavortia Pubes,
 Conatus causæ. PACIA de stirpe timendum
 Pangæis fulmen, cui Littava terra dicavit
 Excubias, vigilemq; Patrem commendat amori.
 Vidimus effectus; quidquid BONIFACIVS almo
 Nomine promittit, Gestorum signa reliquit
 Dexteritas, dextræq; labor: confunditur Argus
 Atq; oculos damnat pulchrâ superatus ab arte
 Insomnis studij; quando Bellona favore
 Tuta magis floret PACIO, fortemq; Patronum
 Indignat famæ; recipit non segnis at illa,
 Aeternosq; viro cæpit fundare colossos.
 Et Tibi quis validis, ô felix Hector, Achilles
 Viribus insistit, cui non Vulcania Tethys
 Arma dedit, verum Geticis exorta cavernæ
 Sævities, superi, veterem defendite dextram;
 Mars, gladios oppone viro, jam pæne recisa
 Colla viam prohibent letho, Libitina nec icium
 Dissimulat; quod si renuis præstare decentes
 Suppetias, nondum noster succumbit Achilli
 Hector LIPNICKI, sed atroci saucius ense
 Transfert fata suum violentior hostis in hostem:

D2


Ionnes Carolus
 Dolski Incisor.
 M. D. Litvania

Bonifacius Pac
 Præfectus Excubiarû
 M. D. Litvania

Stenislavus Lipnicki
 Mare Thalcus
 Mozyrensis.

Ille





Christophorus
Biatozor Mare-
thalcus Vpiren-
sis.

Iosephus Stufz-
ka Praefectus Ve-
nationum M. D.
Litvania

Alexander Reei-
naldus Potubin-
ski Vexillifer
Smolenscensis

Ille cadit, magnam retinet sub vulnere tanto
Hic animam, vivitq; memor victricis arenæ.
Non cedis furijs, sed contra audentior instas,
BIAŁOZOR, ūygiãq; minas contemnis Alecius.
Vis tua Threycijs conatibus altior, acre
Ostendit specimen. Tantum prodire Lacanis
Quis sanat Heroes, te sic ad bella ruente?
Est memor impensæ Litvania, prædicat Ales
Regius auspicium? Turcis formido recepta
Magnanimum Temet nostris invidit Athenis
Ajacem, rubeusq; Tyras adamantina corda
Miratus, flammæ animi non gurgite vasto
Extinxit, Patriãq; vago torrente sonorus
Herculeos gratatur Heros, animvmq; virilem.

Omne tenet Punctum candoris SŁVSZKA sagati,
Cunctorumq; trahit suffragia, quando timenda
Latus in arma ruit, pulchraq; nec immemor iræ
Vulnera vulneribus, mortes quoq; mortibus atris
Admiscet, manibusq; manum committit ab ense
Horrentem; solido plaudit fortuna labori:
Tum verò & lucus morientum, & sanguine in alto
Armaq;, corporaq;, & permisti cæde virorum
Exanimis voluuntur equi, pugna aspera surgit.
At venator ovat Litvano elarus in orbe,
Quod sibi det Geticos contra venabula Regni
Sors Apros, subeantq; Sudes immania monstra.
Nec tantum feralis agon SŁVSZKANA probavit
Prælia, sed Valachus regimem stupuisse modestum
Ferrur, & arbitrio concedita castra fideli
Astrææ cultu, rectè indulgisse stativis.

Crimen erit tacuisse tuas, Generose SMOLENSGI
Signifer, in Patriam curas, qui sæpe cruoris
Prodigus adversos per mille pericula casus
Invadis, sublime tuo facturus honori
Auspicium: notus pariter presentibus ardor
In bellis, meritãq; manus apparet utriq;
Dexteritas populo, quantum pro sorte Polona
Egeris, & dignum sustentas nomen ubiq;
Gloria penigeri semper Gryphs magna Senatûs
Carula quid pigro transcendis inania cursu

Humen-

Humentisque Noti dubium suspendis in aura
 Pondus, & adductâ castigas nubila pennâ.
 Fulmineum vibra gladium, qui strictus aduncis
 Vnguibus infedit. Tuus en exponit ad ictum
CHODKIEVICIADES, Heroo sanguine cretum
 Corpus, & in jugulum coniectus devolat ensis;
 Vim furij, roburq; minis oppone sequester
 Ales, & intentam vindex extrude machæram.
 Si tamen ad facinus gravior non adnatet ala
 Suppetiasq; neget; castis diffusa venustum
 Ciage caput, sedemq; animæ defende capacis
 A fato, damnaq; Gryphis torpentia tela.

Saucius ex acie Trabensis gloria terræ
 Fert reducem gressum, & venalem sanguine famam
 Sanguineo sudore parat, sed crede **SAPIENHA**,
 Quod cum sic scribis virtutum nobile Victor
 Dogma stylo; vivum spectat per vulnera robur
 Indolis ingenuæ; per quæ clypeata loquetur
 Cura tuos, Invieta manus, sub Marte triumphos,
 Et pariter natus honos, & prisca sagittæ
 Nobilitas acuet seros in facta nepotes
 Bellica, nec deerunt proprij documenta laboris.

TYSZKIEWICZ Lechico magnus cantaris in orbe,
 Illustrasq; Domûs antiquæ sidera, luce
 Conspiciâ victor, cujus non sustinet effrons
 Turca facem, seu quando placet præludere pugnae
 Passibus Herois, circa spectacula Martis;
 Seu cum dat signum pugnandi rauca cruentum
 Buccina, magnanimo plenus feruore, minacem
 Aggrederis belli faciem, densasq; eateruas
 Intrepidus rumpis, cedunt Tanaitica castra.
 Tu valido mucrone necas, vitæq; Tuiq;
 Prodigus, eximiumq; putas occumbere morti.
 Sed vives, mortemq; tuus non sentiet ardor.


Lilia conspergit Turcarum sanguine **PETRVS**
 Spes **PACIÆ** stirpis, soboles genuina Gradivi.
 De niveo candore nihil decedit, & ipsa
 Chloris amat semper tali rutilare colore.
 Purpura sic flori nativo nexa ruborem

E


In cuti.

Georgius Carolus
 Chodkiewicz Ca-
 piraneus Stud,
 nensis

Vladislaus Tysz-
 kiewicz Capita-
 neus Pienanen-
 sis, Wisznianen-
 sis Luboszanen-
 sis &c.



© Kodak, 2007 TM: Kodak



Ioannes Wolewicz Capitanus Feydanensis

Incutiet fatis, ne possit tendere partem
 Insidias laudi, nec edax abolere vetustas
 Ardua tentabit firmæ molimina dextræ.
 Ibit in immensas titulis & fascibus aræpla
 Myriades ævi virtus, quæ sustulit acri
 Impete per medias Turcam transire phalanges
 Conantem, reditumq; suo mucrone negavit
 Trans Istrum, cupiens prædam donare Charonti:

Fers manibus solem nunquam moriturus in orbe.

WOŁOWICZ, radiosq; tuæ virtutis ubiq;
 Evibras, Aurora suis donabit alumnois:
 Vesper in occasu, Phæbo cedente sub oras
 Hesperia statuet, quâ latè ærulus ambit
 Oceanus terras, hies super æthera notus.
 Ille tuus, periculo qui fluxit vulnere sanguis,
 Signavit studium Patriæ, dignumq; peregrini
 Ostendit pectus cultu, cui purpura Regni
 Serviat: & celso felix utatur honore.

Integer ille fibras toto cum pondere teli,
 Qui contus Geticas transiit; quando secutus
 Hostes per pontem profugos, Tibi magna, Tuisq;
 Præmia fert laudum, facinus mirante Polono,
 Captivisq; simul Litvæna stupentibus ausa.

Ardua CZARNIAWSKI præbes exempla, soloque
 CZARNIECIVM nostro præstas, memorandus in arte
 Heros bellandi. Nec Te proponere musa
 Illustrem renuit POLSKI: sublime tenebis
 Auspicium famæ, longo fruiturus honore.

Per fastos ibis OBVOHOWICZ, inclyta terræ
 Gloria Viteniæ; passum non vlla potestas
 Impediet, verum sero communit ævo.

Fabianus Plater
 subcenturio ve.
 xilli

Te verò quamvis jaculum per crura relapsum
 Non solido gressu faciat, vir strenue PLATER,
 Firma tamèa virtutis erunt vestigia, Teque
 Atq; insigne tui moderamen fratris (adornat

Capitanus Dyneburgensis.

Quem cultu merito Dyneburgum) fama superstes
 Inscribet fastis nomen factura perenne.

Præfectus Excubiarum Castrensis

Ultima detractat præcingere tempora Laurus
 Herois LITAV, primo qui Marte verendus
 Fulmina primâ subit, memor & virtutis avitæ,

Primus anhelantes sternit mucrone cateruas,
 Hortatus vires, iustas hortatus & iras.
 Funduntur Turcæ, gemit ebria sanguine tellus.
 At tu magnanimis æquande cohortibus heros,
 Insignem moderare facem, fibrasq; calentes:
 Nam delapsus equo, magnam vix ictibus agris
 Eripies animam semper meliora merentem.

Nunc Te laus sequitur, ejus sublimis secuti
 Imperium pedites clausi munimina valli
 Perrumpunt, faciuntq; viam, perq; in via cœdem
 Compita dispergunt. Animas tu REYMER ovantes
 Inter tela viros, & strenuus ardua pugnae
 Limina transcendis, rectus furor iraq; mentem
 Impellunt, Clothoq; minus Mavortia terret:
 Ne subito tantus casu moriatur Achilles.
 ASZMAN cornipedem bellaci porrigit dextra,
 Ex medijsq; virum, mature subtrahit flammis,
 Subsidio præstat talem defendere civem,
 Quam centum stravisse Getas, hostemq; rebellem.
 Ergo securus cupido spectabat euntes,
 Ad pugnae seriem natos; TRIA PIGNORA namq;
 Sacravit Patriæ, longè felicior ipse
 Victima perpetuis merito cumulanda trophæis.

Quantus ades NEYSTAT, certo te pectora sensu,
 Et testes populi laudes, viresq; per amplæ
 Ostendunt, adamante notat Valachusq; Scythæq;
 Invictæ mentis specimen, cum tanta refulsit
 Cura sub insultum Martis, belliq; choreas;
 Vt Bellona tuæ virtuti crederet Arcem.
 Hostibus objectam, noto de nomine NIEMIEC.

Hic amor urget opus; ne Te mea carmine musa
 Prætereat, Genitor: sed cum præconia nullum
 Propria laudis habent munus, siluisse juvabit
 Et pro Te breviter fortes meminisse phalanges;
 Est quibus in bello Mavors Litvanus ad acrem
 Vtus congressum; cum propugnacula valli
 Rumperet, & vitam per mortes quæreret ipsas.
 Illi prima tulit noster suffragia miles
 Primus in ausa ruens; pulchro discrimine vitam


Rz

Vt

Generalis Major

Major Palatini
 Trocensis Com:
 mendans in Va-
 lachia fortalis;
 diei Niemiec.

Georgius Ben-
 net Major, &
 Secretarius S. R.
 M.






Ut pareret Patriæ: nôrunt exempla virilis
 In pugna dextræ, geminæ consortia gentis
 Et pro magnanimo, magnas, iam multa, labore
 Sæcula designant laudes, & præmia belli,
 Quæ sint BENNETIÆ monumenta perennia famæ.

Parcite quos taceo, fidissima Pectora regai,
 Multa triumphantis Patriæ pars, nomina quorum
 Armata circum laudes, & bellica clarant
 Argumenta, viri non uno carmine varum
 Laudandi, vos longa retro mirabitur ætas,
 Prodigæ fama canet, faciet sua cuiq; perennem
 Fulgorem virtus, nec socors ulla tacebit
 Posteritas, annis sed narratura futuris
 Instruet æternos plausus memorare nepotem?
 Sic numen iussit, superum sic vota dedere:
 Sic ego, sic omnes nostra de gente votemus;






Kodak Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black




© Kodak, 2007 TM: Kodak





L-17
2-14/4

Bc. 87744-20



Lietuvos TSR Mokslų Akademijos
CENTRINĖ BIBLIOTEKA
L-17
2-14 / 4